DISPUTATIO ILLUSTRIUM CONTROVERSIARUM EX J. CIVILI CONſignatarum:

Quas,

ASPIRANTE MEIS DIVINO NUMINE COEPTIS,

Præſide

CLARISSIMO CONSULTISSIMOQ; VIRO, Dn. JOHANNE GOEDDÆO, J.U.D. ET SS. LL. Profeſſore celeberrimo in illuſtriſſ. illuſtriſſ. Haſſiæ Principum Academia Marpurgenſi,

Publico examini ſubjectas, pro virili defendam

TETHERDUS à WALTA, FRISO OCCIDENT.

Ad diem 12. martij

MARPURGI CATTORUM,

Excudebat Paulus Egenolphus, Typog. Acad.

cIɔ Iɔ CIII.

D. Schütz

b1530565x (22)

REVERENDO, ILLUSTRI, NObiliſſ. ac eximio viro:

Dn. JOHANNI VVILHELM ab Holdingha,

Nobilis & celebris Eccleſiæ Combergenſis Decano religioſiſſ. & à Principali Conſilio.

NEC NON

NOBILISS. AMPLISS. VIRO:

Dn. VIGLIO ab Holdingha,

Cognatis meis omni obſervantia & honore ſemper colendis,

Has quæſtiones controverſas

IN

Academici exercitii teſtimonium,
Debitæ obſervantiæ ſymbolum,
Veræq; amicitiæ monumentum,
offert, dedicat, & conſecrat

Tetherdus à Walta

Reſpondens.

QUAESTIO I.

PRINCIPIUM faciat nobilis hæc quæſtio: An ſumptus ſtudiorum cauſa filio ſuppeditati *a*, debitumq; eo nomine contractum vivo patre, poſt mortem ejus ut æs alienum ſolutum *b*, in legitimam cōputentur? Negātibus patrocinabimur.

a) *ut apertè dicitur in l. 50. ff. fam. erciſc. Vaſq. de ſucceſſ. tom. 2. § 30. nu. 215. l. 1. § 16. ff. de collat. bon. quia pater non tantum cogitur alere liberos, arg. tit. de agnoſc. lib. Cujac. lib. 3. obſ. c. 30. Weſemb. in parat. ff. de agnoſc. lib. n. 4. & ff. de collat. dot. nu. 3. ſed etiam bonis moribus, & diſciplinis inſtituere, quibus vitam ſuam poſt ejus mortem tueri poſſunt, arg. l. 5. § 7. & 12. de agnoſc. lib. ſicut idem in tutore reſpectu præmortui patris requiritur, l. 12. § fin. ff. de admin. tut. l. 1. § 6. ff. de tut. & rat. diſtrah. Hart. Lut. de privileg. ſcholar. c. 16. 27. 29. & 30. Weſembec. conſil. part. 2. conſ. 8. Hart. Piſt. quæſt. Jur. 1. quæſt. 19. vid. etiam D. Treutl. ſelect. diſput. vol. 1. diſp. 13. theſ. 16.* b) *text. in l. 7. § 13. ff. ad SCtum Maced. l. 5. C. eod. Bald. ad d. l. 1. § 16. de collat.*

II.

Juriſ-imperiti judices eſſe non poſſunt.

fac. l. fin. C. de ſent. ex brevis recitand. & c. fi. de ſent. & re judic. in 6. l. rem non novam, verb. cum veritate, & ll. obſervantia, C. de judic. Hottom. illuſtr. quæſt. 28. Coraſ. 5. miſcell. 19. vid. latè D. Vult. 1. diſcept. 8. & confirmatur primò hæc ſententia, quod ll. proditum eſt, ne judex aliter judicet quàm ll. ſcriptum & moribus cautum eſt, in princ. Inſtit. de offic. jud. Auth. jubemus, C. de judic. Secundò, quod judex, qui contra ll. & conſtitutiones judicat litem ſuam facit, l. 5. § 6. ff. de O. & A. & l. fin. ff. de extraord. cogn. & pr. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex delict. naſc. Gail. 1. obſ. 153. n. 4. & ſeq. Novel. 82. ubi Cujac. diſtinguit inter magiſtratum, quem ſatis eſt

 habere